Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Catholicon

Johannes <Ianuensis>

[Straßburg], zwischen 1475-78

Conclusio libri

urn:nbn:de:bsz:31-299478

Visual Library

calidas facit ſubducta flama. Zete eſtiuales. quas
frigidas facit ſubducta aqua. zete domus que ſub
tus pedes habent aquas.
Zeuma zeumatis. quedam figura eſt de qua dixi
in quarta parte vbi egi de allotheca. ſecundū p̄ſc.
in capitulo de zeumate.
Zezabel. interpretatur fluxus ſanguinis. vel fluēs
ſanguinem. ſed melius vbi eſt ſterquilinium. Preci
pitata nanqꝫ deorſum. comederunt canes carnes
ſuas ſicut predixerat helyas. Et acuitur in fine.
Zymos grece. latine dicitur fermentum.
vnde azima. ſecundum huguitionē. Pa
pias vero dicit. zyma fermentum. Vnde
azyma.
Zinzala. parua muſca ſcilicet culex. Vnde hoc zin
zalarium rij. canopeum ad eas arcendas.
Zinziber zinziberis quedam ſpecies aromatis. ge
neris neutri. Et vt dicit auicenna in ſecundo libro
zinziber calidum in fine tercij gradus. et ſiccum in
ſecundo gradu. & nutritum calidum eſt & ſiccū
Eius caliditas eſt fortis. ſed non calefacit niſi pꝰ
tempus propter illud quod in ipſo eſt de humidi-
tate ſuperflua. ſed eius calefactio eſt fortis; eſt le
nitiuum reſolutiuum inflationis. Cum ergo mitti-
tur ī mel. accipit q̄dā humiditatis eiꝰ ſuperfluū
& exiccat plurimum eiuſ. memoriam conſeruat. ab
ſtergit tenebroſitatem oculi propter humiditatē
ſuā facto ex eo alcofol. id eſt. collirio. & bibitū
& corripit penultimam tam nomīatiui q̄ genitiui.
Zios vel zius dicitur quidam menſis ſcꝫ maius.
Zizania. Hoc zizanium zizanij. Et hec zizania ziza-
nie. ſeges vel herba peruerſa ſcilicet lolium. vt di
cunt. & quandoqꝫ ponitur ꝓ ſorde oīm ſegetum.
Zodiacꝰ. zodiaci grece. latine animalia vel
ſigna ſignificat. Vnde hic zodiacus ci.
penultima correpta. animalis circulus.
vel ſignifer. quia in eo ſunt duodecim ſigna nomi-
bus animalium nuncupata. quia ſol intrans illa ſi
gna ꝓprietates animalium ſortitur. Vel quia ſtelle
ſignorū in figuris animalium diſpoſite ſunt. Vnde
zodiaceus cea. ceum. Iſta autem ſunt nomina duo
decim ſignorum zodiaci. Aries. Taurus. Gemini.
Cancer. Leo. Virgo. Libra. Scorpio. Sagittariꝰ.
Capricornus. Aquarius. Piſces. Et dicitur ſol in
trare arietem quindecimo kalendas aprilis. Verſꝰ
zodiacum ſigna totum claudunt duodena.
Zona zone. eſt cingulum et proprie latum. vnde
& zona dicitur lata portio terre calida vel frigida.
vel temperata ex ꝓpinq̄tate. vel remotōne. vel me
dia proximitate ſolis. vnde zonarius ria. rium.
ad zonas pertinens vel zonas faciens. & producit
zo. Eſopus. Arboreū ſonat ſtipulis & vimine tū
Zonella le. dimi. parua zona. [cat.
Zonifragium gij. id eſt. fractio zone. et compo
nitur a zona & frango. vel fractō.
Zonula le. dimi. parua zona.
Zorobabel. apud hebreos ex tribus integris no
minibus dicitur eſſe compoſitum. zo iſte. ro magi
ſter. babel proprie babiloniam ſonat. Et efficitur
nomen zorobabel. id eſt. iſte magiſter de babilone
In babilone enim ortus eſt. vbi princeps gentis
iudee extitit. & acuit vltimam.
Zoticus zotica zoticum. id eſt vitalis. & corripit
penultimam.
Zozimus ma. mū. id eſt. viuax vel viuidus.

Concluſio libri.

Immenſas omnipotenti deo patri. et filio
& ſpiritui ſancto gratiarum referimus
actiones. qui noſtrum catholicon ex mul
tis & diuerſis doctorum texturis elaboratum atꝫ
contextum. licet per multa annorum curricula in
millēſimoducenteſimooctogeſimoſexto anno do-
mini nonis marcij ad finē vſqꝫ perduxit. Pro quo
hoc ſolum michi admodum neceſſarium a vobis hu
militer depoſco fratres & domini mei (inquantū
peccatores frates mei. inquantum iuſti domi mei)
quatenus pro me peccatore philocalo tamen ad
deum preces porrigere velitis. vt veſtrarum pre-
cum interuentu omnium meorum a deo percepta
peccatorum venia. ad terram apoſtolicam ad ter-
ram elyſiam. id eſt. extra leſionem poſitā. ad paradi
ſi videlicet gaudia vna vobiſcum valeam pueníre.
vbi regnat examuſſim dominus noſter hieſus chri
ſtus dei filius bñdictus. in cuius nomine flectitur
omne genu celeſtium terreſtrium & infernorum.
cui eſt honor & gloria. & magnitudo & magnifi-
centia. virtus & poteſtas. regnum & imperium in
ſecula ſeculorum. Amen.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg